

OFFICIA PROPRIA  
DIOCESEOS  
PASSAVIENSIS

PARS ÆSTIVA

Die 31 Maji

BEATÆ MARIÆ VIRG.  
OMNIUM GRATIARUM  
MEDIATRICIS

Duplex majus

Omnia de Communi Festo-  
rum B. Mariæ Virg., præter  
ea, quæ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

**Ant. 1** Benedictiōnem \*  
ómnium géntium dedit il-  
li Dóminus, et testamén-  
tum suum confirmávit su-  
per caput ejus.

**2** In æternū \* miseri-  
córdia ejus, et usque in  
generatiōnem et genera-  
tiōnem.

**3** Benedic te \* in vi-  
ta mea, et in nōmine tuo  
levábo manus meas.

**4** Non pepercísti \* áni-  
mæ tuae propter angú-  
stias et tribulatiōnem gé-  
neris tui.

**5** Recordáre, \* Virgo,  
Mater Dei, dum stéteris

in conspéctu Dómini, ut  
loquáris pro nobis bona.

**Capit.** Is. 55, 1

**O**mnes sitiétes, veníte  
ad aquas: et qui non  
habétis argéntum, prope-  
ráte, émitte et comédite:  
veníte, émitte absque ar-  
génto et absque ulla com-  
mutatiōne vinum et lac.

Prima stropha sequentis  
Hymni dicitur flexis genibus.

**Hymnus**

**A**ve, maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

1 Própr. Passavien. P. Æstiva

Virgo singuláris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut, videntes Jesum,  
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritu Sancto,  
Tribus honor unus.

Amen.

**V.** Ora pro nobis, Mediatrix nostra potentissima. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

**Ad Magnif. Ant.** Ecce, Dóminus meus \* ómnia mihi trádidi, nec quidquam est, quod non in mea sit potestáte, vel non tradíderit mihi.

### In II Vesperis

**Ad Magnif. Ant.** Salus nostra \* in manu tua est; respice nos tantum et læti serviémus Regi Dómino.

### Oratio

**D**ómine Jesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatissimam Vírginem, Matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediátricem constitüere digná-

tus es: concéde propítius; ut, quisquis ad te beneficia petiturus accésserit, cuncta se per eam impe trasse lætetur: Qui vivis et regnas cum eodem Deo Patre.

Et fit Commemoratio S. Angelæ Mericia Virg.:

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**V.** Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde, próspera procéde, et regna.

### Oratio

Deus, qui novum per beatam Angelam sacrárum Vírginum collégium in Ecclesiá tua floréscere voluisti: da nobis, ejus intercessióne, angélicis móribus vivere; ut, terrénis ómnibus abdicáatis, gáudiis péfrui mereámur ætérnis. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Petronillæ Virg.:

**Ant.** Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea

benedíxit te Deus in ætérnum.

### Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Petronillæ Virginiæ tuæ festivitaté gaudemus; ita piæ devotionis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.

### AD MATUTINUM

**Invitat.** Christum Redemptórem, qui bona ómnia nos habére voluit per Mariam,\* Veníte, adorémus.

**Ps. 94** Veníte, exsultemus.

### Hymnus

**C**hristus humáni géneris misértus, Morte nos ictos mérita, supérnam Rursus ad vitam génuit, suóque Sanguine tersit.

O pium flumen, scelus omne purgans! O inexháustum pélagus bonórum, Unde septéno fluit usque fonte

Vita salúsque!

Hos tamen sacros láties redémpsis Quis ministrábit? Datur hoc Mariæ

Munus, ut divæ moderetur undæ, Arbitra, cursum.

Cuncta, quæ nobis méruit Redémptor, Dona partitum Génetrix María, Cujus ad votum sua fundit ultro Múnera Natus.

Te per ætérnos veneremur annos, Trinitas, summo celebranda plausu: Te fide mentes resonóque linguae Cármine laudent. Amen.

### In I Nocturno

**Ant.** Fons hortórum, \* púteus aquárum vivéntium, quæ fluunt ímpetu de Libano.

**Ant.** Manus meæ \* stillavérunt myrrham, et dígiti mei pleni myrrha probatíssima.

**Ant.** Vadam ad montem \* myrræ et ad collem thuris.

**V.** Sub tuum præsidium omnes confúgimur. **R.** Sancta Dei Génetrix.

De libro Ecclesiástici

### Lectio i Cap. 24, 5-11

**E**go ex ore Altíssimi prodívi primogénita ante omnem creatúram:

ego feci in cælis, ut oriré-  
tur lumen indeficiens, et  
sicut nébula texi omnem  
terram. Ego in altissimis  
habitávi, et thronus meus  
in colúmna nubis. Gy-  
rum cæli circuívì sola, et  
profundum abýssi pene-  
trávi, in flútibus maris  
ambulávi, et in omni ter-  
ra steti: et in omni pôpulo  
et in omni gente primâ-  
tum hábui: et ómnium ex-  
celléntium et humílium  
corda virtúte calcávi: et  
in his ómnibus réquiem  
quæsívi, et in hereditáte  
Dómini morábor.

**R.** In Sion firmáta sum,  
et in civitáte sanctificáta  
similiter requiévi, et in  
Jerúsalem potéstas mea:

\* Et radicávi in pôpulo  
honorificáto, et in parte  
Dei mei heréditas illíus,  
et in plenitúdine sanctó-  
rum deténtio mea. **V.** Sic-  
ut cinnamónum et bál-  
samum aromatízans odórem  
dedi: quasi myrrha élécta  
dedi suavitátem odó-  
ris. **Et.**

### Lectio ii Ib., 22-31

**E**go quasi terebínthus  
exténdi ramos meos,  
et rami mei honóris et  
gratiæ. Ego quasi vitis  
fructificávi suavitátem  
odóris: et flores mei fruc-

tus honóris et honestátis.  
Ego mater pulchrae dilec-  
tiónis, et timóris, et agni-  
tiónis, et sanctæ spei. In  
me grátia omnis viæ et ve-  
ritátis, in me omnis spes  
vitæ et virtútis. Trans-  
ít ad me, omnes, qui  
concupiscitis me, et a ge-  
nerationibus meis implé-  
mini. Spíritus enim meus  
super mel dulcis, et he-  
réditas mea super mel et  
favum. Memória mea in  
generatioñes sæculórum.  
Qui edunt me, adhuc esú-  
rient: et qui bibunt me,  
adhuc sítient. Qui audit  
me, non confundétur: et  
qui operántur in me, non  
peccábunt. Qui elúcident  
me, vitam ætérnam habé-  
bunt.

**R.** Mecum sunt divítiae  
et glória, opes supérbae  
et justitia: \* Mélior est  
enim fructus meus auro  
et lápide pretioso, et ge-  
nímina mea argénto élécto.  
**V.** In viis justitiæ ámbulo,  
in médio semitárum  
judíci, ut ditem diligé-  
tes me, et thesáuros eó-  
rum répleam. Mélior.

### Lectio iii Ib., 41-46

**E**go quasi trames aquæ  
imménsæ de flúvio,  
ego quasi fluvii dioryx,  
et sicut aquædúctus exívi

de paradíso. Dixi: Rigábo hortum meum plantatiónum, et inebriábo prati mei fructum. Et ecce, factus est mihi trames abúndans, et flúvius meus ap- propinquévit ad mare: quóniam doctrínam quasi antelucánum illúmino ómnibus, et enarrábo illam usque ad longíquum. Pe- netrábo omnes inferiores partes terræ, et inspíciam omnes dormiéntes, et il- luminábo omnes sperán- tes in Dómino. Adhuc doctrínam quasi prophé- tiám effúndam, et relín- quam illam quæréntibus sapiéntiam, et non dési- nam in progénies illórum usque in ævum sanctum.

**R.** In me grátia omnis viae et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.  
\* Transíte ad me, omnes, qui concupiscitis me, et a generatióibus meis im- plémini. **Y.** Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Transíte. Gló- ria Patri. Transíte.

#### In II Nocturno

**Ant.** Hábuit grátiam et misericórdiam coram Rege super omnes mulie- res.

**Ant.** Pete, Mater mea; \* neque enim fas est, ut avértam fáciem tuam.

**Ant.** Tu ínvoca Dómi- num, \* et lóquere Regi pro nobis, et libera nos de morte.

**Y.** Nostras deprecatió- nes ne despícias. **R.** In necessitatibus nostris.

Ex oratióne  
sancti Ephræm Syri  
Diáconi ad Deíparam

#### Lectio iv

Dómina mea, sanctissí- ma Dei Génetrix et grácia plena, pélagus in- exháustum divinárūm se- cretarúmque largitiónum ac múnérum, bonórum ómnium erogáto, ómni- um post Trinitatē Dó- mina, post Paráclitum álius consolátor, et post Mediátorem Mediátrix to- tius mundi: vide meam fidem meúmque desidéri- um divinitus datum. Ne despícias indígnum, neque meárum actionum fœ- ditátes tuam imménsam misericórdiam interrúmpant, Dei Génetrix, meum desiderabilissimum no- men; nihil enim est fir- mius trophéum quam tu- um auxilium. Tu enim abstulísti omnes lácrimas

a fácie terræ; tu creatúram replésti omni génerē beneficīi: cælestib⁹ lætificiā attulisti, terréstria salvásti. Per te resurrec-tiōnis nostræ tésseram certíssimam tenémus; per te cælestē regnum nos consecutúros esse sperá-mus; per te omnis glória, honor et sánctitas ab ipso primo Adam et usque ad consummatiōnem sáculi Apóstolis, Prophétis, ju-stis et humílibus corde, sola immaculáta, derivá-ta est, derivátur et derivábitur, atque in te gaudet, grácia plena, omnis creatúra.

**R.** Ecce, Dóminus meus ómnia mihi trádidit, \* Nec quidquam est, quod non in mea sit potestáte, vel non tradíderit mihi. **V.** Fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus. **Nec quidquam.**

Sermo  
sancti Germáni Episcopi  
Constantinopolitáni

**Lectio v Or. 9 p. med.**

**N**os qui divinórum óperum morúmque páuperes sumus, dum per te, o María, nobis exhibítas benignitáris divítias cér-nimus, propéne dicá-

mus: Misericórdia Dómi-ni plena est terra. Nos, in multitúdine peccatórum a Deo extórres, per te Deum quæsívimus et invéni-mus, inventóque salvi facti sumus. Igitur potens ad salútem præstándam auxílium tuum, o Dei Gé-netrix, ac ejúsmodi, ut nullum álium mediátórem necessárium hábeat ad Deum. Plane enim nul-lus tuæ magnificéntiæ fi-nis; insatiábilis opitulá-tio tua. Nullus múnérum tuórum númerus est. Nul-lus enim, nisi per te, o sanctíssima, salútem con-séquitur. Nullus, nisi per te, o immaculatíssima, qui a malis liberétur. Nullus, nisi per te, o castíssima, cui donum indulgeá-tur. Nullus, nisi per te, o honoratíssima, cui grátiæ munus misericórdia præ-stétur. Quam ob rem, quis te beatam non prædicá-bit? Te, inquam, glorió-sam, te beatificándam, te, quæ ab ipso Filio tuo ac Deo magnália nacta sis, uti magna et admiránda: quam ob rem te laudant omnes generatiōnes.

**R.** Præpósita ómnibus, gubérnat créditam sibi domum et univérsa, quæ ei sunt trádita. \* Absque

ejus imperio non moueretur nisi quicquam manum aut pedem in omni terra. **V.** Benedictio omnium gentium dedit illi Dominus, et testamentum suum confirmavit super caput ejus.  
**Absque.**

Sermo sancti Bernardi Abbatis

In Nativitate B. Mariæ Virg., n. 6

### Lectio vi

**I**ntuere, o homo, consilium Dei, agnoscere consilium sapientiae, consilium pietatis. Caellesti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit: redempturus humanum genus, pretium universum contulit in Mariam. Ut quid hoc? Forte, ut excusaretur Eva per filiam, et querela viri adversus feminam deinceps soperatur. Ne dixeris ultra, o Adam: Muliher, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vettito; dic potius: Muliher, quam dedisti mihi, me cibavit fructu benedicto. Pissimum sane consilium: sed latet forsitan aliud, nec totum hoc est. Altius ergo intueamini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni

plenitudinem posuit in Maria, ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea novirimus redundare. Totis ergo medullis cordium, totis praecordiorum affectibus et votis omnibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Haec, inquam, voluntas ejus est, sed pro nobis.

**R.** Laudate Dominum, Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se:  
\* Et in me, ancilla sua, adimplavit misericordiam suam, quam promisit domui Israel. **V.** Deus exaltavit me, ut salvos facerem multos populos. **Et.**  
**Glória Patri. Et.**

### In III Nocturno

**Ant.** Si inveneris gratiam \* in oculis tuis, o Rex, dona mihi populum meum, quo obsecro.

**Ant.** Benedicta es tu \* pra omnibus mulieribus super terram, quia subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

**Ant.** Dominare nostri, \* tu, et filius tuus: quia liberasti nos de manu inimicorum nostrorum.

**V.** A periculis cunctis líbera nos semper. **R.** Virgo gloriósa et benedicta.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem

**Lectio vii Cap. 19, 25-27**

**I**n illo témpore: Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus, María Cléophæ, et Maria Magdaléne. Et réliqua.

Homilia sancti Bernardíni Senénsis

Quadragesimale de christiana religione, Sermo 51, de Passione Domini parte 2, art. 1, cap. 3

**P**ulsántur admiratióne ómnium legéntium sive audiéntium mentes, scilicet quo motu, quo sensu, qua possibiliáte, qua vera auctoritáte, ista dicúntur, quod discípulus tránseat in filium Vírginis, et Virgo hábeat purum hóminem filium, quem non génuit: sic nec quod sit filius ex Vírgine, qui de corrúptis paréntibus natus erat ex sémine. Impossibilia quidem vi-déntur hæc, sed nihil im-possible apud Deum. Pié-tate quidem et oratióne opus est ad ingrediéndum tale mystérium. Múlier

enim beáta Virgo vocátur a Christo, quam num-quam appellávit ex vóci-bus matrem. Múlier, et non múlier: sed super ángelos et hómines et mu-líeres superexcédens mú-lier. Accépit a Filio, quem cum atérno Patre únicum possidébat, filium præter ventrem, quem ante in carne habébat ipsa nepó-tem.

**R.** Facta est María re-fúgium páuperi, \* Adjú-trix in opportunitáibus, in tribulatióne. **V.** Virgo potens sicut turris David: mille clýpei pendent ex ea, omnis armatúra fór-tium. **Adjútrix.**

**Lectio viii**

**S**ed in quo filiationis gé-nere Joánnes Vírginis factus est filius, aut ejus mater facta est Virgo? Non hoc natúra favet, non conceptus, non partus exséquitur, non ingréssus in úterum, ut dé-nuo nascerétur, non ad-optio pro hereditáte in temporálibus consequénda, nec ex imitatióne, aut ex prolátâ doctrína. Nec ista disserénda erant verbo Christi: nec facta est locútio, ut sit quasi, sed sic a Christo légitimus dic-

tum: Múlier, ecce filius tuus, ut, exclusa omni superfluitate verborum, secrétum mystérii penetrámus. Mýstice igitur intellegimus in Joánnne omnes áimas electórum, quorum per dilectionem beáta Virgo facta est mater; filius enim in græco nomen amoris est. Omnis enim Christi amor in amorem Vírginis transit, ut mérito filius, id est, amor Vírginis nuncupetur, magisque Víginem hábeat matrem, quam illum, quæ illum ex peccáto damnatum mundo, suscépto sémine generavit.

**R.** Adeámus cum fidúcia ad thronum gratiæ, \* Ut misericordiam consequámur et gratiam inveniámus in auxilio opportuno. **V.** Ad te, Virgo, suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimarum valle. **Ut.** Glória Patri. **Ut.**

Pro S. Angela Mericia

### Lectio ix

**A**ngela Merícia, piis orta paréntibus, a prima ætate magna virtutum specimina dedit, cilicio ac flagelis frequénter usa, et orationi indesinénter dedita. Paternis bonis

abdicatis, ac régulam tertii ordinis sancti Francisci ampléxa, evangélicam paupertatem virginitatis laudi conjúnxit, nullumque pietatis officium erga próximos omísit. Sacra Eucharistia frequenter refécta, tanta caritatis vi ferebatur in Deum, ut sæpius extra sensus raperétur. Bríxiæ novam vírginum societatem sub certa disciplina sanctisque vivéndi régulis constituit, quam sanctæ Ursulæ patrocínio ac nōmine insignivit. Tandem prope septuagenaria evolávit in cælum, anno Dómini millésimo quingentésimo quadragésimo, sexto Kaléndas Februárii. Cultum illi jámdiu exhibitum Clemens Papa décimus tertius sollémni decretó ratum hábuit et confirmavit. Pius vero Papa séptimus sanctarum Vírginum catálogo eam adscripsit.

Te Deum laudámus.

Sicubi autem IX Lectio alijcujus Officii commemoratio non fuerit dicenda, erit sequens

### Lectio ix

**M**utatur hæc maternitas et filiatio ex auctoritate verborum Christi

in Cruce pendéntis. Prop-térea natúra transit in grátiam, et grátia nobilitat profécto natúram; non quod una in álteram commutétur, sed quia natúra ex grátia perficitur. Mala múlier Eva corruptióne natúræ; bona múlier María, mater grátiae, mater misericórdiæ. Datur mater grátiae pro matre natúræ; manet tamen mater natúra, manet étiam mater ex grátia. Erat enim Joánni mater María Sal-lóme in órdine succedéntis natúræ; est étiam sibi mater beáta Virgo in órdine grátiae. Est mater Eva cunctórum per tráducem natúræ; est et Virgo María mater ómnium amántium Christum per infusiónem invisibilis grátiae.

Te Deum laudámus.

#### AD LAUDES

*et per Horas*

**Ant. 1** Benedictiónem \* ómnium géntium dedit illi Dóminus, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus.

**2** In ætérnum \* misericórdia ejus, et usque in generatióne et generatióne.

**3** Benedícam te \* in vi-ta mea, et in nómine tuo levábo manus meas.

**4** Non pepercísti \* án-i-mæ tuæ propter angú-stias et tribulatióne gé-neris tui.

**5** Recordáre, \* Virgo, Mater Dei, dum stéteris in conspéctu Dómini, ut loquáris pro nobis bona.

**Capit.** *Is. 55, 1*

**O** mnes sitiéntes, veníte ad aquas: et qui non habétiis argéntum, prope-ráte, émitte et comédite: veníte, émitte absque ar-génto et absque ulla com-mutatióne vinum et lac.

#### Hymnus

**M**aría, quæ mortálium Preces amánter ex-cipis,

Rogámus ecce súpplices, Nobis adésto pépetim.

Adéstō, si nos críminum Caténa stringit hórrida; Cito resólve cómpedes, Quæ corda culpis illigant.

Succúrre, si nos sáculi Fallax imágō péllit, Nemens salútis trámitem, Oblítā cæli, déserat.

Succúrre, si vel córpori Advérsa sors impéndeat; Fac, sint quiéta témpora, Ætérnitas dum lúceat.

Tuis et esto filii  
Tutela mortis tempore,  
Ut, te juvante, consequi  
Perenne detur premium.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spí-  
ritu

In sempiterna sæcula.  
Amen.

V. Ora pro nobis, Mediatrix nostra potentissima.  
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**Ad Bened. Ant.** Absque tuo império \* non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra.

#### Oratio

Dómine Iesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatissimam Virginem, Matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediatrixem constitüere dignatus es: concéde propitius; ut, quisquis ad te beneficia petiturus accésserit, cuncta se per eam impestrasse lætetur: Qui vivis et regnas cum eodem Deo Patre.

**Et fit Commemoratio S. Angelæ Mericiæ Virg.:**

**Ant.** Símile est regnum cælorum hómini negotia-

tóri quærénti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

#### Oratio

Deus, qui novum per beatam Ángelam sacrarum Virginum collégium in Ecclésia tua florescere voluisti: da nobis, ejus intercessione, angelicis móribus vivere; ut, terrenis ómnibus abdicatis, gáudiis pérfrui mereámur æternis. (Per Dóminum nostrum.)

**Deinde Commemoratio S. Petronillæ Virg.:**

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æternum.

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, próspera procéde, et regna.

#### Oratio

Exaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Petronillæ Virginis tuæ festivitatē gaudemus; ita piæ devotionis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

## AD PRIMAM

**Ant.** Benedictióнем \* ómnium géntium dedit illi Dóminus, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus.

## AD TERTIAM

**Ant.** In ætérnum \* misericórdia ejus, et usque in generationem et generatiómen.

**Capit.** Is. 55, 1

**O**mnes sitiéntes, venite ad aquas: et qui non habéti argéntum, prope-ráte, émitte et comédite: veníte, émitte absque argénto et absque ulla commutatióne vinum et lac.

**R. br.** Sub tuum präsí-dium \* Omnes confúgi-mus. Sub tuum. **V.** Sanc-ta Dei Génatrix. Omnes confúgimus. Glória Patri.

Sub tuum.

**V.** Nostras deprecati-ones ne despícias. **R.** In necessitatibus nostris.

## Oratio

**D**ómine Jesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatissi-mam Virginem, Matrem tuam, matrem quoque no-stram et apud te media-trícem constitúere digná-

tus es: concéde propítius; ut, quisquis ad te benefi-cia petitúrus accésserit, cuncta se per eam impe-trásse lätétetur: Qui vivis et regnas cum eódem Deo Patre.

## AD SEXTAM

**Ant.** Benedicam te \* in vita mea, et in nómíne tuo levábo manus meas.

**Capit.** Is. 55, 2-3

**A**udiéte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitú-dine ánima vestra. Incli-náte aurem vestram, et veníte ad me: audíte, et vivet ánima vestra.

**R. br.** Nostras depreca-tiones \* Ne despícias. No-straras. **V.** In necessitatibus nostris. Ne despícias. Glória Patri. Nostras.

**V.** A periculis cunctis lí-bera nos semper. **R.** Vir-go gloriósa et benedicta.

## AD NONAM

**Ant.** Recordáre, \* Virgo, Mater Dei, dum stéteris in conspéctu Dómini, ut loquáris pro nobis bona.

**Capit.** Is. 55, 5

**E**cce gentem, quam ne-sciébas, vocábis: et gentes, quæ te non cog-

novérunt, ad te current  
propter Dóminum, Deum  
tuum, et Sanctum Israel,  
quia glorificávit te.

**R.** br. A periculis cunctis \* Libera nos semper.  
**A** periculis. **V.** Virgo gloriósa et benedicta. Libera  
nos semper. Glória Patri.  
**A** periculis.

**V.** Eja ergo, advocáta  
nostra. **R.** Misericórdes  
óculos tuos ad nos con-  
verte.

#### IN II VESPERIS

**Omnia ut in I Vesperis 1<sup>st</sup>,**  
præter Ant. ad Magnif., ut  
infra.

**V.** Ora pro nobis, Me-  
diátrix nostra potentíssima.  
**R.** Ut digni efficiá-  
mur promissióibus Chri-  
sti.

**Ad Magnif. Ant.** Salus  
nostra \* in manu tua est;  
részipe nos tantum et læti-  
serviémus Regi Dómino.

Et fit Commemoratio S.  
Angelæ Mericiae Virg.:

**Ant.** Veni, Sponsa Chri-  
sti, áccipe corónam, quam  
tibi Dóminus præparávit  
in ætérnum.

**V.** Diffusa est grácia in  
lábiis tuis. **R.** Proptérea  
benedíxit te Deus in æ-  
térnum.

#### Oratio

Deus, qui novum per  
beátam Ángelam sacrá-  
rum Vírginum collégium  
in Ecclésia tua floréscere  
voluisti: da nobis, ejus  
intercessióne, angélicis  
móribus vívere; ut, ter-  
rénis ómnibus abdicatis,  
gáudiis péfrui mereámur  
ætérnis. Per Dóminum  
nostrum.

Die 5 Junii

#### S. BONIFATII

Episcopi et Martyris

Duplex II classis

**Omnia de Communi umius**  
Martyris præter ea, quæ in  
Breviario hac die habentur  
propria.

**In I Nocturno Lectiones A**  
Miléto.

**In II Vesperis Commemo-**  
ratio sequentis.

Die 16 Junii

#### S. BENNONIS

Episcopi et Confessoris

Duplex majus

**V.** Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum. **R.**  
Stolam glóriæ induit eum.

**Ad Magnif. Ant.** Sacér-  
dos et Póntifex, \* et vir-  
tútum ópifex, pastor bone  
in pópulo, ora pro nobis  
Dóminum.

**Oratio**

**D**eus, qui nos beáti Benónis Pontificis confessióne gloriósa circúm-das et prótegis: da nobis, et ejus imitatióne profí-cere, et intercessióne gau-dére. Per Dóminum.

**In II Nocturno****Lectio iv**

**B**enno, Hildésima Sa-xóniae civitáte, illú-stribus genitóribus oriún-dus, quinquénnis sancto Bernárdo Hildesiménsi epíscopo, ejus consangú-neo, commendátus, Ví-gero monastérii sancti Michaélis præpósito in Dei timore instruéndus et in stúdio litterárum eru-diéndus tráditur. Factus aduléscens epíscopi con-silio sumpto hábitu mo-nachórum in eódem co-nóbio tam sancte vixit, ut mórtuo abbáte cogerétur sollicitúdinis abbatíalis sárcinam subíre: cuius tamen vacatióne præ-amóre vitæ contemplati-væ, post spátiū trium círciter ménсium, flénti-bus sæpe óculis impetrávit. Cum autem speráret, réliquum vitæ privátim in oratióne transígere, Hen-ricus imperátor tértius hujus nóminalis, cúpiens in

ecclésia Goslariénsi, a se nuper absolútā, congregatióne canonicórum re-guláriter vivéntium a pro-batíssimis et doctíssimis quibúsque Germanórum constitúere, Bennónem magnis præcibus a Pontí-fice Leónē nono impetrátum et illius auctoritatē ab órdine monástico ad canónicum translátum, efdem novellæ congregatióni magístrum dedit, ut illi spirituális arma-túrae dux esset, et illam ecclesiásticæ disciplínæ tirociñis informáret.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

**Lectio v**

**C**um autem annos de-cem et septem in canónica congregatióne sanctíssime vixisset, et monastérium Goslariénsē multórum prædiórum, do-mórum et cénsuum pa-térnæ hereditatis attri-butióne ditavísset, sua-dénte beáto Anmóne Coloniénsi archiepíscopo, ecclésiæ Misnénsi tunc vacánti præfectus, episco-

pátum ne accíperet, ómnibus, quibus pótuit, modis réstitit; sed tandem beáti Annónis acri objurgatione compúlsus pótius quam persuásus, illum suscépit: non néscius tamén, divino sibi revelánte Spíritu, quantis tribulatiónum flúctibus in episcopátu foret exagitándus; quemádmodum ipse evéntus comprobávit, dum Henrícus quartus imperátor, bello contra Sáxones excitáto, sanctum Episcopum officio boni pastórnis incumbéntem et nihil mali suspicántem invádens, insóntem capit, ómnia illíus ecclésiæ bona díripit, et captum carcéribus et exsilio duríssimo damnat.

**R.** Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi électum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

### Lectio vi

**R**evocátus deinde ab exsilio, et ad suam ecclésiam ire permíssus, mox ália tempestáte contra illum obórtta, exsuláre dénuo compéllitur, exórto nimírum diro schísmate

inter Románum Pontíficem Gregórium séptimum et ipsum imperatórem, quo vel Henríci iram incúrrere, vel Dei et Pontificis mandatórum transgréssor fieri cōgitur. Elegens enim pótius indignatióne hóminum incúrrere, quam divinum mandátum contémnere, superátis insídiis sibi in itinere parátis, Romam pergens, Pontifici adhæsit, et pro illius auctoritáte, nec non étiam pro ecclesiástica libertáte, contra ipsum imperatórem acérime pugnávit, et unus fere ex tota Germânia concílio Románo, eádem causa contra imperatórem celebráto, intérfuit et subscrípsit. Qui tandem imperatóre víribus fracto, libere ad ipsam ecclésiam revérsus, dum eídem ecclésiae instaurándae moribúsque refor-mándis strénuam óperam impéndit, dum Slavis ab errore idololatríæ repurgándis prædicatione et miráculis totus incúbit, séntiens horam sui éxitus appropinquáre, convocátis frátribus et ad mútuam dilectionem sério cohortátis, prænuntiáta, quæ futúra erat, Ecclésiæ

pace ac tranquillitáte, in Dómino obdormívit déci-  
mo sexto Kaléndas Júliai,  
ab Hadriáno sexto in Sanctórum númerum re-  
látus.

**R.** Iste est, qui ante De-  
um magnas virtutes ope-  
rátus est, et omnis terra  
doctrína ejus repléta est:  
\* Ipse intercédat pro pec-  
catis ómnium populórum.  
**V.** Iste est, qui contém-  
pit vitam mundi, et per-  
vénit ad cælestia regna.  
Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in  
Evangelium Homo peregrine,  
de Communi Confessoris  
Pontificis 1 loco.

#### AD LAUDES

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

**Ad Bened.** Ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidé-  
lis, supra multa te constí-  
tuam, dicit Dóminus.

#### Oratio

**D**eus, qui nos beáti  
Bennónis Pontificis  
confessióne gloriósa cir-  
cúndas et prótegis: da  
nobis, et ejus imitátióne  
proficere, et intercessióne  
gaudére. Per Dóminum.

#### IN II VESPERIS

**V.** Justum, ut supra.

**Ad Magnif.** Ant. Amávit  
eum Dóminus, \* et orná-  
vit eum: stolam glóriæ in-  
duit eum, et ad portas  
paradísi coronávit eum.

Die 22 Junii

SS. ACHATII

ET SOCIORUM

Martyrum

Commemoratio

**In Vesperis** Ant. Istó-  
rum est enim regnum cæ-  
lórum, qui contempse-  
runt vitam mundi, et per-  
venérunt ad præmia reg-  
ni, et lavérunt stolas suas  
in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino  
et exsultáte, justi. **R.** Et  
gloriámini, omnes recti  
corde.

#### Oratio

**D**eus, qui nos concédis  
sanctórum Mártirum  
tuórum Acháttii et Soció-  
rum ejus natalítia cólere:  
da nobis in æterna beatí-  
tudine de eórum socie-  
téte gaudére. Per Dómi-  
num nostrum.

**Ad Laudes** Ant. Vestri  
capilli cápit is omnes nu-  
meráti sunt: nolite timé-  
re: multis passéribus me-  
lióres estis vos.

**V.** Exsultábunt Sancti  
in glória. **R.** Lætabúntur  
in cubílibus suis.

Die 4 Julii

S. UDALRICI  
Episcopi et Confessoris

Duplex

**V.** Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum. **R.**  
Stolam gloriæ induit eum.

**Ad Magnif. Ant.** Sacér-  
dos et Pontífex, \* et vir-  
tútum ópifex, pastor bone  
in pôpulo, ora pro nobis  
Dóminum.

Oratio

**D**eus, qui cónspicis,  
quia ex nulla nostra  
virtute subsístimus: con-  
céde propítius; ut inter-  
cessióne beáti Udalrici  
Confessóris tui atque  
Pontíficis contra ómnia  
advérsa muniámur. Per  
Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præ-  
cedentis:

**Ant.** Dum esset Sum-  
mus Póntífex, terréna non  
métuit, sed ad cælestia  
regna gloriósus migrávit.

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

**Oratio**

Gregem tuum, Pastor  
ætérne, placátus inténde:  
et, per beátm Leónem  
Summum Pontíficem, per-  
pétua protectióne custó-  
di; quem totius Ecclésiæ  
præstítisti esse pastórem.  
(Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio Oc-  
tavæ Ss. Petri et Pauli Apo-  
stolorum:

**Ant.** Petrus Apóstolus  
et Paulus Doctor génti-  
um, ipsi nos docuérunt  
legem tuam, Dómine.

**V.** Constitues eos prin-  
cipes super omnem ter-  
ram. **R.** Mémores erunt  
nóminalis tui, Dómine.

Oratio

Deus, qui hodiérnam di-  
em Apostolórum tuórum  
Petri et Pauli martýrio  
consecrásti: da Ecclésiæ  
tuæ, eórum in ómnibus  
sequi præcéptum; per  
quos religiónis sumpsit  
exórdium. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

**U**dalricus, nóbili Ger-  
manórum génere or-  
tus, a pueritia in mona-  
stério sancti Galli lítte-  
ris egrégie bonísque mó-  
ribus informátus, ita se

in ecclesiasticis et civili-  
bus occupatiōnibus indū-  
striūm præbuit, ut cum  
céteros omnes, tum vero  
Adalberónem episcopum  
Augustánū in sui admi-  
ratōnēm perdúxerit. Ro-  
mam deinde religiōnis  
causa se cónferens, ibi-  
que aliquándiu commo-  
rátus, ita exēm̄lo doc-  
trinæ et pietatis elúxit, ut  
a Martínō Pontifice sit in  
demórtui Adalberónis lo-  
cum designātus. Quod vir  
sanctus simul atque re-  
scívīt, ne suscipere tantum  
onus cogeréatur, clam ex  
Urbe profūgit.

**R.** Invéni David servum  
meum, óleo sancto meo  
unxi eum: \* Manus enim  
mea auxiliábitur ei. **V.**  
Nihil proficiet inimícus in  
eo, et filius iniquitatis non  
nocébit ei. Manus.

#### Lectio v

**E**lápsō quíndecim an-  
nórum spátio, cum  
Hilcáneus Adalberónis  
succéssor e vita migrás-  
set, summo ómnium con-  
sénsu et incredibili cleri  
populique stúdio Udalrí-  
cus licet invítus ecclésiæ  
Augustánæ præficitur.  
Eam vero tanta caritatis  
et prudéntiæ laude admi-  
nistrávit, ut nihil unquam

omiserit, quod vel ad  
Christi fidem cívium áni-  
mis inseréndam, vel ad  
excitándum veræ pietatis  
stúdium spectare videré-  
tur.

**R.** Pósui adjutórium su-  
per poténtem, et exaltávi  
élécum de plebe mea: \*  
Manus enim mea auxiliá-  
bitur ei. **V.** Invéni David  
servum meum, óleo sanc-  
to meo unxi eum. Manus.

#### Lectio vi

**V**idísses in eo sacram  
eruditōnis divinæ lu-  
cem, castitatis florem,  
frugalitatis et abstinenti-  
tæ stúdium, summam  
dénique in sacris vigiliis,  
piis lectiōnibus et precatiōnibus assiduitatēm. Cui  
divina quandóque per-  
agénti mystéria adessē  
visa est manus, virtutē  
Omnipoténtis cum ipso  
sacris benedicens. His  
ille præsidiis instrúctus,  
Ottónem cásarem et Ru-  
dólfulm ejus filium gravís-  
simis inter se dissidéntes  
ódiis, reconciliávit. Gen-  
tem bárbaram in Augu-  
stánæ urbis mœnia ir-  
ruéntem oratiōnis vi pro-  
pulsávit. Ottónem, máxi-  
mis bellórum difficultati-  
bus laborántem, victó-  
riæ prædictiōne animávit.

Cumque annos quinquaginta episcopatum sanctissime rexisset, miraculorum laude clarus in cælum evolavit. Hujus reliquiae Augüstæ Vindelicorum in ecclésia sanctæ Afræ religiose servantur, ubi gloriösa ejus mérita miraculis coruscant.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est:  
\* Ipse intercédat pro pecatibus omnium populorum.  
**V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna.  
Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Homo peregre, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco.

#### AD LAUDES

**V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Bened.** **Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constitua, dicit Dominus.

#### Oratio

**D**eus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: con-

2\*

céde propitius; ut intercessione beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis contra ómnia adverba muniámur. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio Octavæ Ss. Apostolorum:**

**Ant.** Gloriösi Príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separati.

**V.** In omnem terram exiit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

#### Oratio

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclésiae tuæ, eórum in omnibus sequi præceptum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dóminum nostrum.

**Vesperæ a Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis:**

**Ant.** Amávit eum Dominus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

**V.** Justum et Oratio Deus, qui cónspicis, ut supra.

**Deinde Commemoratio Octavæ Ss. Apostolorum:**

**Ant.** Petrus Apóstolus et Paulus Doctor géntium, ipsi nos docuérint legem tuam, Dómine.

**V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémoires erunt nómínis tui, Dómine.

**Oratio**

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésia tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum; per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

Die 9 Julii

S. WILLIBALDI

**Ep. et Conf.**

Duplex (m. t. v.)

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

**Ad Magnif. Ant.** Sacérdos et Póntífex, \* et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

**Oratio**

**D**eus, qui gloriósum Pontificem tuum Willibaldum Anglórum reg-

ni herédem hodiérna die ad ætérnam Angelórum hereditátem transtulísti: concéde propítius; ut ejus méritis et intercesiónē coherédes ipsius in tua glória esse mereámur. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio præcedentis:**

**Ant.** Elísabeth, pacis et pátriae mater, in cælo triúmphans, dona nobis pacem.

**V.** Ora pro nobis, beáta Elísabeth. **R.** Ut digni efficiámur promissióni bus Christi.

**Oratio**

Clementíssime Deus, qui beatam Elísabeth reginam, inter céteras egrégias dotes, béllici furoris sedándi prærogatíva decorásti: da nobis, ejus intercessióne; post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad ætérrna gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum.

**In II Nocturno**

**Lectio iv**

**W**illibáldus, Richárdi Anglórum regis filius, a prima infántia rerum cælestium stúdio et monásticæ vitæ profes-

síoni dédítus fuit. Grán-dior jam factus desidé-rium peregrinándi et sanc-ta loca invíséndi concé-pit. Itaque assúmpto in comitátum Richárdó pa-tre et Wunibáldo fratre, post vária terra mariqué ádita perícula, mórtuo Lu-cæ in Itália patre, Ro-mam pervénit, et a Gre-gório secúndo Pontífice Máximo amánter et pa-térne suscéptus est: jam-tum enim prævidébat sa-pientíssimus Póntifex, quantus Willibáldus in vínea Dómini excolénda operárius futúrus esset.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. **Manus.**

#### Lectio v

**R**omae límina Aposto-lórum imprímis, deín-de ália loca sanguine et miráculis Mártyrum no-bilitáta religióse visitávit et lustrávit, jejuniis et céteris vitæ asperitátibus semper inténtus. Et, ut Deus fámulum suum ac-curráte probáret, eum in ardéntem et diutúrnam febrim incídere permísit:

ex qua recreátus, Romæ fratre relícto in Palæstí-nam trajécit, cuius omnes propémódum urbes et vicos in quibus áliquid Christi vel Sanctórum miráculis memorábile vi-sebátur, venerabundus circumívit. Septénnium hæc peregrinátió tenuit, quo témporis spátio étiam Constantinópolim religió-nis causa pétiit: inde in Itáliam revérsus, in monte Cassináte decénnium divíno servítio impéndit; quibus exáctis Romam venit, et a Gregório tér-tio Pontífice ad sanctum Bonifátium in Germá-niam missus est.

**R.** Pósui adjutórium su-per poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sanc-to meo unxi eum. **Manus.**

#### Lectio vi

**Q**uo ubi próspera áp-pulit, incredibili ardóre in salútem animá-rum et reformatiōnem morum, præcipue vero cleri, incubuit: quem non diu post ípsemet sanctus Bonifátius sacerdótio initiávit, et anno Dómini septingentésimo quadra-

gésimo quinto episcopum Eystettensem consecravit, cum ipse Willibaldus ágeret ætatis sue annum quadragésimum primum. Quem episcopatum cum sanctissime triginta sex annis administrasset, tam méritis gravis quam insigni miraculorum effectiōne illūstris, hanc mortalem vitam cum immortali commutavit, anno Christi septingentésimo octogésimo primo ætatis sue septuagésimo séptimo: cujus memória, præsértim apud Eystettenses numquam intermoriétur.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est:  
\* Ipse intercédat pro peccatis ómnium populórum.  
**V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

#### Lectio vii Cap. 19, 27-29

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbýteri

#### Liber 3 in Math. cap. 19

**G**randis fidúcia! Petrus piscátor erat, dives non fuerat, cibos manu et arte quærébat; et tamen lóquitur confidénter: Relíquimus ómnia. Et quia non súfficit tantum relínquere, jungit quod perféctum est: Et secúti sumus te. Fécimus quod jussisti: quid ígitur nobis dabis præmii? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum séderit Fílius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Non dixit: Qui reliquistis ómnia; hoc enim et Crates fecit philósophus, et multi álli divítias contempserunt: sed, Qui secuti estis me; quod próprie Apóstolorum est atque credéntium.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum,  
\* Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **E t.**

**Lectio viii**

**I**n regeneratione, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ (quando et mórtui de corruptiōne resúrgent incorrupti), sedébitis et vos in sóliis judicántium, condemnantes duodecim tribus Israel; quia, vobis credéntibus, illi crēdere noluérunt. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit. Locus iste cum illa senténtia cóngruit, in qua Salvátor lóquitur: Non veni pacem míttere, sed gládium. Veni enim separare hóminem a patre suo, et matrem a filia, et nurum a socru; et inimíci hóminis doméstici ejus. Qui ergo, propter fidem Christi et prædicatiōnem Evangélii, omnes afféctus contémpserint atque dívicias et sǽculi voluptátes: isti céntuplum recípient, et vitam ætérnam possidébunt.

**R.** Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in mánibus vestris: \*

Et vos símiles homíni-  
bus exspectántibus dómi-  
num suum, quando rever-  
tátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis  
qua hora Dóminus vester  
ventúrus sit. **E.** Glória  
Patri. **E.**

**Lectio ix**

**E**x occasiōne hujus sen-  
tentiae quidam intro-  
dúcunt mille annos post  
resurrectiōnem, dicéntes,  
tunc nobis céntuplum óm-  
nium rerum quas dimísi-  
mus, et vitam ætérnam  
esse reddéndam; non in-  
tellegéntes, quod, si in cé-  
teris digna sit repromís-  
sio, in uxóribus appáreat  
turpitúdo, ut, qui unam  
pro Dómino dimiserit,  
centum recípiat in futúro.  
Sensus ergo iste est: Qui  
carnália pro Salvatóre  
dimiserit, spirituália re-  
cípiet; quæ comparatiōne  
et mérito sui ita erunt,  
quasi si parvo númeru-  
centenárius númerus com-  
parétur.

Te Deum laudámus.

**AD LAUDES**

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone\* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

**Oratio**

**D**eus, qui gloriósus Pontíficem tuum Wil-libál-dum Anglórum regni herédem hodiérana die ad ætérnam Angelórum hereditátem transtulisti: concéde propítius; ut ejus méritis et intercessióne coherédes ipsíus in tua glória esse mereámur. Per Dóminum nostrum.

IN II VESPERIS

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Magnif. Ant.** Amávit eum Dóminus, et or-návit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

**Et fit Commemoratio se-quentis:**

**Ant.** Istórum est enim regnum cælórum, qui con-tempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et

gloriámini, omnes recti corde.

**Oratio**

Prästa, quás sumus, om-nípotens Deus: ut, qui gloriósos Mártires fortes in sua confessióne cognó-vimus, pios apud te in no-stra intercessióne sentiá-mus. Per Dóminum no-strum.

Die 15 Julii

S. HENRICI

Imperatoris, Conf.

Duplex

Omnia ut in Breviario hac die præter ritum.

Die 17 Julii

B. IRMENGARDIS

Virginis

Duplex

**Ant.** Veni, Sponsa Chri-sti, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**V.** Spécie tua et pulchrit-údine tua. **R.** Inténde, pròspere procéde, et reg-na.

**Oratio**

**D**ómine Jesu, qui beátam Irmengárdem Virginem tuam mundi delicias despícere et nō mini tuo benedicere fecísti: præsta, quás sumus;

ut ejus intercessione ómnibus diébus vitæ nostra tibi placeámus. (Qui vivis et regnas.)

**Deinde fit Commemoratio S. Alexii Conf.:**

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

#### Oratio

Deus, qui nos beáti Aléxii Confessoris tui ánnua sollemnité laetificas: concéde propítius; ut, cujus natalitia cónimus, étiam actiones imitémur. Per Dóminum.

**In II Nocturno**

#### Lectio iv

Irmengárdis nobilibus paréntibus, rege Ludo-vico Teutónico et Hemma, orta, jam a téneris annis futuræ sanctitatis spécimen dedit. Vix infántia egréssa, paréntibus, soróribus et amícis Vírginum Sponsi ita consuetúdinem prætulit, ut deliciis sáculi ac aulae régiae pompis valedicens, paréntum consénsu, dívino se servitio totam addíxit. Monastérium Buchaviénse, quod pri-

mum a régio patre impe-trávit, per plures annos, uti vetus refert traditio, sanctis móribus consecrávit. Demum abbátiam Chieméensem, moniálium sub régula sancti Benedícti militántium, quam a patre pæne collápsam accépit, feliciter instaurávit.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, próspero procéde, et regna. **Et.**

#### Lectio v

Ibidem, tamquam in hor-to et viridário Dei stá-bilem fixit moram, et vir-gínibus sodálibus omni-bono ópere prælúxit. Je-juniis, vigiliis, oratióni-bus simúlque caritatis in egéños et misericordiæ opéribus, inter calamítates illius témporis Deum propítium réddere sata-gébat. Magistra simul et abbatissa, monásticæ perfectionis forma facta, multas sibi vírgines so-ciávit: unde mériuit eló-gium Gerárdi, abbatis Seeonénsis, quod „ovile suum dedúxit ad Agnum, Agno dans plures vírgi-

nes cómites, sanctis cara  
Deo méritis, exímiis ún-  
dice plena bonis, spon-  
so sponsa dicáta Deo".

**R.** Dilexísti justítiam,  
et odísti iniquitátem: \*  
Proptérea unxit te Deus,  
Deus tuus, óleo lætitiae.  
**V.** Propter veritátem, et  
mansuetúdinem, et justi-  
tiam. Proptérea.

### Lectio vi

**I**ta Dei fámula Irmén-  
gárdis paucis vitæ an-  
nis multa explévit tém-  
pora. Unde, méritis ple-  
na, arcánam quandam  
Sponsi vocem áudiens  
„veni, sponsa“, ad calé-  
stes divini Agni nuptias  
evolávit, décimo sexto  
mensis Júlli, anni octin-  
gentésimi sexagésimi sex-  
ti, ætatis suæ anno tri-  
gésimo quarto. Ejus vero  
corpus in ecclésia abbá-  
tiae Chieménsis honorí-  
fice depósitum fuit. Fidé-  
lum pónulus mox Fámula-  
lam Dei invocáre et ve-  
nerári cœpit ejúsque ope  
supérnos haud paucos fa-  
vóres impetrávit. Anno  
ígitur quarto supra mil-  
lésimo, itémque sexto dé-  
cimo sǽculo, mortáles  
ejus reliquiæ magno pón-  
puli concúrsu elevátæ et  
honorífice cónditæ sunt.

Cultum vero beátæ Ab-  
batissæ, per undecim et  
amplius sǽcula exhibi-  
tum, instántibus totius  
Germániæ episcopis et  
Baváricæ natiónis fidéli  
pópulo, Pius papa undé-  
cimus Sacrórū Rituum  
Congregatiónis decréto  
ratum hábuit et confirmá-  
vit.

**R.** Afferéntur Regi vír-  
gines post eam, próximæ  
ejus \* Afferéntur tibi in  
lætitia et exsultatióne. **V.**  
Spécie tua et pulchritúdi-  
ne tua inténde, pròspere  
procéde, et regna. **Affe-**  
**réntur tibi. Gloria Patri.**  
**Afferéntur tibi.**

In III Nocturno Homilia in  
Evangelium Símile erit reg-  
num cælórum, de Communi  
Virginum 1 loco.

Lectio IX de S. Alexio, pro  
qua sumitur Lectio IV hac  
die in Breviario extans.

### AD LAUDES

**V.** Diffusa est grátia in  
lábiis tuis. **R.** Proptérea  
benedíxit te Deus in æté-  
num.

Ad Bened. Ant. Símile  
est regnum cælórum \* hó-  
mini negotiatóri quærénti  
bonas margarítas; invénta  
una pretiosa, dedit  
ómnia sua, et comparávit  
eam.

**Oratio**

**D**ómine Jesu, qui beátam tam Irmengárdem Vírginem tuam mundi delicias despícere et nō mini tuo benedícere fecisti: præsta, quæsumus; ut ejus intercessióne ómnibus diébus vitæ nostræ tibi placeámus. Qui vivis.

Et fit Commemoratio S. Alexii:

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Oratio**

Deus, qui nos beáti Aléxii Confessóris tui án-nua sollemnitáte lætficas: concéde propitius; ut, cujus natalitia cólimus, étiam actiones imi-témur. Per Dóminum.

Vesperæ a Capitulo de se-quenti, Commemoratio præ-cedentis:

**Ant.** Veni, Sponsa Chri-sti, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea

benedíxit te Deus in ætérnum.

**Oratio Dómine Jesu, ut supra.**

Deinde Commemoratio S. Alexii:

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, tri-úmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Oratio Deus, qui nos beáti, ut supra.**

Postea Commemoratio Ss. Symphorosæ et septem Fili-orum ejus Martyrum:

**Ant.** Istórum est enim regnum cælórum, qui con-tempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præ-mia regni, et lavérunt sto-las suas in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

**Oratio**

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórumb Symphorósæ et filiórumb ejus natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum so-cietáte gaudére. Per Dó-minum nostrum.

Die 27 Julii

IN DEDICATIONE  
ECCL. CATHEDRALIS

Duplex I classis cum Octava  
communi

Officium ut in Breviario in  
Communi Dedicationis Ecclesiae, praeter Lectiones, quae  
dicuntur ut infra.

In I Nocturno

De libro tertio Regum

Lectio i Cap. 8, 2-6

**C**onvenitque ad regem Salomonem univer-  
sus Israel in mense Etha-  
nim, in sollénni die, ipse  
est mensis séptimus. Ve-  
neruntque cuncti senes de  
Israel, et tulérunt arcam  
sacerdótes. Et portavé-  
runt arcam Dómini, et  
tabernáculum fédederis, et  
ómnia vasa Sanctuárii,  
quae erant in tabernáculo:  
et ferébant ea sacerdótes  
et Levítæ. Rex autem Sá-  
lomon, et omnis multi-  
túdo Israel, quae convé-  
nerat ad eum, gradiebá-  
tur cum illo ante arcam,  
et immolábant oves et  
boves absque aestimatió-  
ne et número. Et intulé-  
runt sacerdótes arcam  
fédederis Dómini in locum  
suum, in oráculum templi,  
in Sanctum Sanctórum  
subter alas Chérubim.

**R.** In dedicátiōne templi  
decantábat pópulus lau-  
dem: \* Et in ore eórum  
dulcis resonábat sonus.  
**V.** Fundáta est domus  
Dómini supra vérticem  
móntium, et vénient ad  
eam omnes gentes. Et.

Lectio ii

Cap. 8, 22, 27-30

**S**tetit autem Sálomon  
ante altáre Dómini in  
conspéctu ecclésiæ Israel,  
et expándit manus suas  
in cælum, et ait: Ergóne  
putándum est, quod vere  
Deus hábitet super ter-  
ram? si enim cælum, et  
cæli cælórum te cápere  
non possunt, quanto mag-  
is domus hæc, quam  
aedificávi? Sed résponce  
ad oratióne servi tui, et  
ad preces ejus, Dómine  
Deus meus: audi hym-  
num et oratióne, quam  
servus tuus orat coram te  
hódie: ut sint óculi tui  
apérta super domum hanc  
nocte ac die: super do-  
mum, de qua dixísti: Erit  
nomen meum ibi: ut exáu-  
dias oratióne, quam  
orat in loco isto ad te ser-  
vus tuus; ut exáudias de-  
precationem servi tui et  
pópuli tui Israel, quod-  
cúmque oráverint in loco  
isto, et exáudies in loco

habitáculi tui in cælo, et | et álacri corde super ómnibus bonis, quæ fécerat Dóminus David servo suo, et Israel pôpulo suo.

**R.** Fundáta est domus Dómini supra vérticem móntium, et exaltáta est super omnes colles: \* Et vénient ad eam omnes gentes, et dicent: Glória tibi, Dómine. **V.** Venientes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos. Et.

### Lectio iii Cap. 8, 64-66

**I**n die illa sanctificávit rex médium átrii, quod erat ante domum Dómini: fecit quippe holocáustum ibi, et sacrificium, et ádipem pacificórum: quóniam altare áneum, quod erat coram Dómino, minus erat, et cápere non pôterat holocáustum, et sacrificium, et ádipem pacificórum. Fecit ergo Sálomon in témpore illo festivitaté célébrem, et omnis Israel cum eo, multitúdo magna ab intróitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Dómino Deo nostro, septem diébus et septem diébus, id est, quatuórdecim diébus. Et in die octáva dimísit pôpulos: qui benedicéntes regi, profécti sunt in tabernácula sua lătantes,

**R.** Bénedic, Dómine, domum istam, quam ædificávi nómini tuo: veniéntium in loco isto, \* Exáudi preces in excélsso sólio glóriæ tuæ. **V.** Dómine, si convérsus fúerit pôpulus tuus, et oráverit ad sanctuárium tuum. Exáudi. Glória Patri. Exáudi.

### In II Nocturno

Sermo  
sancti Augustíni Epíscopi

Sermo 256 de Tempore

### Lectio iv

**E**rgo, dum novam constructionem sanctæ hujus ecclésiæ libénter atténdimus, quam divino nómini hódie dedicámus, invenimus a nobis debéri et Deo nostro máximam laudem, et sanctitati vestrae cóngruum de divinæ domus ædificatióne sermóнем. Tunc autem sermo noster cóngruuus erit, si in se áliquid ædificatiónis hábeat, quod utilitati animárum vestrárum, Deo vos intérius ædificánte, proficiat. Quod hic factum corporáliter vidémus in pariétibus, spiri-

táliter fiat in méntibus; et, quod hic perféctum cérnimus in lapídibus et lignis, hoc, ædificánte grátia Dei, perficiátur in corpóribus vestris.

**R.** Orántibus in loco isto, \* Dimítte peccáta populi tui, Deus, et osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, et da glóriam in loco isto. **V.** Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. **Dimítte.**

### Lectio v

**P**rincipáliter ergo grá-tias agámus Dómino, Deo nostro, a quo est omne datum óptimum et omne donum perféctum; et ejus bonitátem tota cor-dis alacritáte laudémus, quóniam ad construén-dam istam domum oratió-nis, fidélium suórum visi-távit ánimum, excitávit afféctum, surrogávit auxí-lium, inspirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis coná-tus ut fácerent. Ac per hoc Deus, qui operá-tur in suis et velle et perficere pro bona voluntáte, hæc ómnia ipse cœpit, ipse perfécit.

**R.** O quam metuéndus est locus iste: \* Vere non est hic áliud, nisi domus Dei et porta cæli. **V.** Hæc est domus Dómini firm-ter ædificáta, bene fun-dáta est supra firmam pe-tram. **Vere.**

### Lectio vi

#### Ex actis Eccl. Passaviensis

**I**nde a posterióribus anti-quitátis christiánæ sǽculis, in Castris Batávis templum sancto Stéphano Protomártyri dedicá-tum exstítisse compértum est. Heic mediánte sǽculo quinto sanctus epí-scopus Valentínus, uti trá-ditur, pastóris múnere per longum tempus func-tus est. Heic sanctus Se-verínus abbas oratióne ac caritatis opéribus fló-ruit. Ecclésia dicecésis Passaviénsis per sanctum Bonifátium canónice erécta in episcopálem simúlque in matrem ecclésiam hujus dicecésis evécta est. Cum ecclésia Strigonién-sis in Hungária, tum ecclésia cathédralis Vindobonénsis in Austria ab hac alma matre ecclésia sanctum Stéphanum Pro-tomártyrem patrónum re-cepérunt. Illam duces Ba-variæ ex génere Agilolfó-

rum oriundi magnis prædiis ditavérunt, necnon reliquias sancti Valentini episcopi ex oppido Mاجensi allatas donárunt. Piligrim, célebris Passaviensis episcopus, ecclésiam cathédralem stilo romanorum restaurávit, ossa sancti Maximiliáni episcopi et martyris ex ecclésia collegiata Vetoettingénsi tránstulit. Bis, sæculo décimo séptimo, diro incéndio civitátem vastántem ipsa ecclésia cathédralis pæne ad fundaménta redacta est. At indeféssis animis præsules illius temporis ecclésiae episcopáli formam quam omnes usque in hanc diem admirántur, restituérunt. Dénique post immáne bellum sæculo vicésimo iterum debáchans, Simon Conrádus ex ordine sancti Benedicti, episcopus Passaviensis, altare majus excellentiore modo exstréndum curávit.

**R.** Mane surgens Jacob erigébat lápidem in titulum, fundens óleum désuper, votum vovit Dómino: \* Vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam. **V.** Cumque evigi-

lasset Jacob de somno, ait. **Vere.** Glória Patri. **Vere.**

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam

#### Lectio vii Cap. 19,1-10

**I**n illo témpore: Ingrediens Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

Homilia sancti Bedæ Venerabilis Presbýteri

**Liber 5, cap. 77 in Luc. 19**

**E**t cum venísset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum. Perambulans Jéricho Salvátor, venit ad locum, ubi præcúrrens Zachæus sycómororum conséderat: quia, missis per mundum sui verbi præcónibus, in quibus ipse nimírum et loquebátur et ibat, venit ad póplum nationum, qui passiónis ejus fide jam sublimis existens, étiam divinitatis ejus ardébat ágnita facie beári. Suspiciens vidit illum, quia per grátiam fidei a terrénis cupiditati bus elevátum, turbisque infidélibus præeminéntem elégit. Vidére enim Dei,

elígere vel amáre est; unde est illud: Oculi Dómini super justos. Nam et nos quæ amámus, vidére; ab his, quæ exsecrámur, intuítum festinámus avértere.

**R.** Domus mea domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; et qui quærerit, invenit; \* Et pul-sánti aperiétur. **V.** Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis. **Et.**

### Lectio viii

**V**idit ergo Jesus vidéntem se, quia élégit eliéntem se, et amávit amántem. Hunc sane órdinem proficiéndi, hoc est, per fidem Domínicae incarnationis ad cognitióne divinitatis perveniéndi, quasi per sycómorum Jesu fáciem speculándi. Doctor egrégius osténdit, cum ait: Non enim judicávi scire me aliquid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum. Itémque álliis éxprobrans: Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non sólido cibo; lac infirma temporáriæ dispensatiónis, sólidum ci-bum árdua perpétuæ ma-jestatis appéllans.

**R.** Lápides pretiósí omnes muri tui, \* Et turres Jerúsalem gemmis ædifi-cabúntur. **V.** Portæ Jerú-salem ex sapphiro et sma-rágdo ædificabúntur, et ex lápide pretiósó omnis circúitus muri ejus. **Et.** Glória Patri. **Et.**

### Lectio ix

**E**t dixit ad eum: Záchæe, festinans de-scénde, quia hódie in domo tua opórtet me mané-re. Et festinans descén-dit, et excépit illum gau-dens. Manébat aliquando Dóminus in domo prínci-pis pharisæórum, hoc est, in Judæórum synagóga docébat. Sed quia non baptizátum ante prándium, sábbato curántem, publicános et peccatóres recipiéntem, contra ava-ritiam disputántem, et cétera digna Deo geréntem, lingua venenáta car-pébant; pertéssus eórum facínora, discéssit et au-fúgit, dicens: Relinquétur vobis domus vestra de-serta. Hódie autem in domo pusilli Zachæi opór-tet illum manére: hoc est, novæ lucis grátiā coru-scánte, in húmili credéntium nationum corde qui-escere. Te Deum.

**De S. Pantaleone Mart. nihil fit.**

**Infra Octavam de ea fit  
Commemoratio juxta Rubri-**  
cas.

Die 30 Julii autem fit de IV die infra Octavam et die 3 Augusti de die Octava: Antiphonæ et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum sumuntur de occurrenti hebdomadæ die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festo præter Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore, in II et III Nocturno ut in Communi pro singulis diebus assignantur propriae. Die 30 vero IX Lectio dicitur de Ss. Abdon et Senen Mm., ut in Breviario eadem die; in die Octava autem nihil fit de Inventione S. Stephani Protomartyris, quæ transfertur in diem 14 ejusdem mensis.

Die 7 Augusti

S. AFRÆ  
Martyris

Commemoratio

**In Vesperis Ant.** Simile est regnum cælorum hómini negotiatori quærenti bonas margarítas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, pròspere procéde, et regna.

### Oratio

**D**eus, qui inter cétera poténtiæ tuae miracula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulisti: concéde propítius; ut, qui beátæ Afræ Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

### Lectio ix

**A**fra idolórum cútui dédita, et in flagitiórum cœno demérsa, Narcíssum episcopum, Augústam Vindelicórum profugiéntem, excépit hospitio; cumque illum vidísset cum diácono in psalmis ac précibus pernac-tántem, tanto exémplo commóta, suámque impudicítiam pertæsa, prótinus ad Narcíssi pedes pròcidit, et sacrum ab eo baptísmi lavácrum impe-trávit. Deinde Hiláriam quoque matrem, tresque ancillas, eódem christiánæ religiónis stúdio accéndit; quas Narcíssus, præmisso septem diérum jejúnio, sacro fonte illustrávit. Cum vero Afra in dies fide suscépta proficeret, a Cajo præfècto in templum Veneris rapta, diis immoláre jubétur.

Cum illa se non dæmónibus, sed uni ac vero Deo cultum exhibére dixísset, jussu præfècti una cum matre atque ancillis, ad insulam flúminis, quod Lycum appéllant, edúcta et ad palum alligáta lento igne cremátur. Ejus corpus Augústæ Vindelicórum honorifice sepúltum servátur. Te Deum.

**Ad Laudes Ant.** Date ei de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera ejus.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

#### Oratio

**D**eus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulisti: concéde propítius; ut, qui beátæ Afræ Mártyris tuæ natalitia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminus.

Die 8 Augusti

\*S. ALTMANNI  
Episcopi et Confessoris

#### Duplex majus

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ índuit eum.

**Ad Magnif. Ant.** Sacérdos et Póntifex, \* et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum.

#### Oratio

**D**eus, qui ad Ecclésiæ tuæ libertátem et décòrem promovéndum sanctum Altmánnum Confessórem tuum atque Pontificem ánni fortitúdine roborásti: ejus intercessióne concéde; ut advérsa ómnia superántes in terris, coronári cum ipso me-reámur in cælis. Per Dóminus.

**Et fit Commemoratio præcedentis:**

**Ant.** Quárite primum regnum Dei et justítiam ejus, et hæc ómnia adiciéntur vobis.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

#### Oratio

Deus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti: da nobis, ejus intercessióne et exémplo, in te semper confidere, et sola cælestia desideráre. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Ss. Cyriaci, Largi  
et Smaragdi Mm.:

**Ant.** Istórum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

### Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártirum tuorum Cyríaci, Largi et Smarágdi sollemnitáte lætificas: concéde propítius; ut, quorum natalitia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

Altmánnus in Saxóniaē parte, quæ póstea Westpháliæ nomen accépit, claris parentibus éditus est. Divinis et humánis litteris excultus, Paderbórnæ inter canónicos cooptátus, multos ibi annos scholas diréxit. A quisgráni deinde canónicis præpósitus, Henrici tértii imperatóris simul capellánus fuit. Quo mórtuo piam Hierosólymæ

peregrinatióne, periculórum et insidiárum plenam suscépit; a quo itinere revérsus, Passaviénsis diocéseos præsul eligitur, quæ tum præter eam quæ nunc est Bavariæ partem, ad Austriam superiòrem et inferiòrem extendebátur. Ubi, cum litterárum et religiónis fama esset conspicuus, summo cum cleri populique plausu excípitur, atque a beáto Gebhárdo, Salisburgénsi archiepíscopo, consecrátur.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

#### Lectio v

**H**oc igitur in múnere talis éxstitit veritatis doctor, ut simul virtutis clarum se præbéret exemplum. Assíduus in oratióibus, vigiliis, jejuniis, erga páuperes summe beneficus et liberális. Divini cultus studiósus ædes sacras partim cón-didit, partim instaurávit. Præcipue vero Ecclésiæ, Christi sponsæ, decórem promóvit, lapsam sacri

ordinis disciplinam restituendo, et regularem inter coenobitas observantiam procurando. Duo insignia coenobia fundavit, alterum beati Nicolai prope Passaviam ad Cenum, alterum beatae Mariæ in monte Gottvich ad Danubium. Aliorum etiam monasteriorum fundationis et restauracionis cooperatus est, ita ut per eum quasi novus religiosæ vitaे splendor passim diffundi videretur.

**R.** Pôsui adjutorium super potenterem, et exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

### Lectio vi

**P**ari idem constantia pro Ecclesiae libertate contra impios Henrici quarti ausus laboravit. Hinc persecutionibus impeditus, episcopatu cedere coactus, atque in exsilium pulsus, primum in patriam se contulit, deinde Romam venit, ubi a sancto Gregorio Pontifice est humanissime recipitus. Cum vero mox in consensu cardinalium de restitu-

enda ei sede ageretur, mira columba super ejus caput volitantis apparitione denuo divinitus commendari Patribus visus est. Quare in dicecésim suam a Papa remittitur, atque in Sedis Apostolicæ legatione confirmatur. Sed iniqua malignantium factione iterum Passavia pulsus, in ea dicecéseos parte, quæ in Leopoldi Austraci et Ottocari Styrensis ditione erat, clericum et populum sanctissime gubernavit. Ibi tandem, transactis in episcopatu annis viginti sex, a labore et certamine ad requiem et premia vocatur sexto Idus Augusti, anno salutis millésimo nonagésimo primo. Cujus sacrum corpus Gottvicum translatum a Thiemone archiepiscopo Salisburgensi, gloriioso postea Christi Martyre, ibidem honorifice conditum, pia usque fidelium veneratione colitur. Viri vero sanctitatem multis miraculis, ut memoriæ proditum est, Deus insigniter commendavit.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra

doctrína ejus repléta est:  
 \* Ipse intercédat pro pec-  
 cátis ómnium populórum.  
 V. Iste est, qui contémp-  
 sit vitam mundi, et pervé-  
 nit ad cælestia regna.  
 Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in  
 Evangelium Vigiláte, de Com-  
 muni Conf. Pontif. 2 loco.

IX Lectio de Ss. Cyriaco,  
 Largo et Smaragdo Mm., pro  
 qua sumitur Lectio IV hac  
 die in Breviario extans.

### AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dó-  
 minus per vias rectas. R.  
 Et osténdit illi regnum  
 Dei.

Ad Bened. Ant. Euge,  
 serve bone \* et fidélis,  
 quia in pauca fuísti fidé-  
 lis, supra multa te constí-  
 tuam, dicit Dóminus.

### Oratio

Deus, qui ad Ecclésiæ  
 tuæ libertátem et  
 décorum promovéndum  
 sanctum Altmánnum Con-  
 fessórem tuum atque Pon-  
 tificem ánni fortitúdine  
 roborásti: ejus intercessi-  
 óne concéde; ut advérsa  
 ómnia superántes in ter-  
 ris, coronári cum ipso me-  
 reámur in cælis. Per Dó-  
 minum nostrum.

Et fit Commemoratio Ss.  
 Martyrum:

Ant. Vestri capilli cápi-  
 tis omnes numeráti sunt:  
 nolite timére: multis pas-  
 séribus meliòres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti  
 in glória. R. Lætabúntur  
 in cubilibus suis.

### Oratio

Deus, qui nos ánnua  
 sanctórum Mártyrum tuó-  
 rum Cyriaci, Largi et  
 Smarágdis sollemnitatæ laet-  
 tificas: concéde propítius;  
 ut, quorum natalitia colimus,  
 virtutem quoque passiónis imitémur. Per Dó-  
 minum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum:  
 Qui tecum vivit et regnat.

### IN II VESPERIS

V. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Amá-  
 vit eum Dóminus, \* et or-  
 návit eum: stolam gloriæ  
 induit eum, et ad portas  
 paradisi coronávit eum.

Et fit Commemoratio se-  
 quentis:

Ant. Similábo eum vi-  
 ro sapiénti, qui ædificá-  
 vit domum suam supra  
 petram.

V. Amávit eum Dómi-  
 nus, et ornávit eum. R.  
 Stolam gloriæ induit eum.

**Oratio**

Omnípotens et miséris-  
tors Deus, qui sanctum  
Joánnem Maríam pasto-  
ráli stúdio et jugi oratió-  
nis ac pæniténtiæ ardóre  
mirábilem effecisti: da,  
quásumus; ut, ejus exémp-  
lo et intercessióne, áni-  
mas fratrum lucrári Chri-  
sto, et cum eis aetérnam  
glóriam cónsequi vale-  
ámus. (Per eúndem Dó-  
minum.)

**Deinde Ss. Cyriaci, Largi  
et Smaragdi:**

**Ant.** Gaudent in cælis  
ánimæ Sanctórum, qui  
Christi vestigia sunt se-  
cuti: et quia pro ejus  
amóre sanguinem suum  
fudérunt, ídeo cum Chri-  
sto exsúltant sine fine.

**V.** Exsultábunt Sancti  
in glória. **R.** Lætabúntur  
in cubílibus suis.

**Oratio**

Deus, qui nos ánnua  
sanctórum Mártyrum tuó-  
rum Cyriaci, Largi et  
Smarágdisollemnítatæ  
tíficas: concéde propitiüs;  
ut, quorum natalitia cóli-  
mus, virtútum quoque pas-  
sionis imitémur. (Per Dó-  
minum nostrum Jesum  
Christum, Fílium tuum:  
Qui tecum vivit et regnat.)

**Postea Commemoratio S.  
Romani Martyris:**

**Ant.** Iste Sanctus pro  
lege Dei sui certávit us-  
que ad mortem, et a ver-  
bis impiórum non tímuit;  
fundátus enim erat supra  
firmam petram.

**V.** Glória et honore co-  
ronásti eum, Dómine. **R.**  
Et constituísti eum super  
ópera manuum tuárum.

**Oratio**

Præsta, quásumus, om-  
nípotens Deus: ut, inter-  
cedénte beáto Románo  
Mártyre tuo, et a cunctis  
adversitatibus liberémur  
in corpore, et a pravis co-  
gitationibus mundémur  
in mente. Per Dóminum.

Die 11 Augusti

IN TRANSLATIONE  
S. VALENTINI

Episcopi et Confessoris

Duplex majus (m. t. v.)

**Ant.** Sacérdos et Pónti-  
fex, et virtútum ópifex,  
pastor bone in populo,  
ora pro nobis Dóminum.

**V.** Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum. **R.**  
Stolam gloriæ induit eum.

**Oratio**

Propitiáre, quásumus,  
Dómine, nobis famu-  
lis tuis, per beáti Valen-

tíni Confessóris tui atque Pontíficis (**in Cathedrali additur:** qui in hac Cathedrálí Ecclésia requiéscit) mérita gloriósa: ut ejus pia intercessióne ab ómnibus protegámur advérsis. Per Dóminum.

**In II Nocturno****Lectio iv**

**S**ancti Valentíni Epíscopi corpus, cum ali-quot annos in Majénsi castro humátum in pace quievisset, tandem circa annum Dómini septingentésimum vigésimum tértium, a Luitprándo Longobardórum rege Tridéntum dedúctum est, quod póstmodum Tássilo Bavaríæ dux, Utilónis filius, prídie Nonas Augústi, circa annum Dómini septingentésimum septuagésimum séptimum Passáviam honorifice depor-tári, atque inter duos mu-ros, ante fores ecclésiæ beáti Stéphani Protomártiris, ubi Epíscopi sedes est, depóni fecit.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. **Manus.**

**Lectio v**

**C**um vero idem Valentíni corpus per quin-géntos fere annos multis miráculis clarum in Passaviénsi ecclésia quievís-set, tota dicecésis ejus patrocínium sæpenúmero sensit, præsértim in Hungarórum nondum chri-stiánis rítibus initiatórum incursiónibus: in quibus præsentíssimum ejus au-xílium íncolæ sunt ex-perti.

**R.** Pósui adjutórium su-per poténtem, et exaltávi électum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sanc-to meo unxi eum. **Manus.**

**Lectio vi**

**A**llátis déniique relíqui-as sancti Maximiliáni Epíscopi Laureacénsis, sub Rudólphi Romanórum regis império, Gottfrídu ejus nóminalis pri-mus, epíscopus Passaviénsis, córpora sanctórum Valentíni et Maximiliáni, ne humilióri loco pósita obsolécerent, honorábili tumba in éadem basílica Passaviénsi extra chor-um collocári fecit, sub annum Dómini millési-

rum ducentésimum octo-  
gésimum quintum.

**R.** Iste est, qui ante De-  
um magnas virtutes ope-  
ratus est, et omnis terra  
doctrina ejus repléta est:

\* Ipse intercédat pro pec-  
cátis ómnium populórum.

**V.** Iste est, qui contémp-  
sit vitam mundi, et pervé-  
nit ad cælestia regna. **I-**  
**pse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno Homilia in  
Evangelium Homo péregre,  
de Communi Confessoris  
Pontificis 1 loco.

Lectio IX de Ss. Tiburtio  
et Susanna, ut in Breviario.

#### AD LAUDES

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

Ad Bened. Ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidél-  
lis, supra multa te consti-  
tuam, dicit Dóminus.

#### Oratio

**P**ropitiáre, quésumus,  
Dómine, nobis fámu-  
lis tuis, per beáti Valen-  
tíni Confessóris tui atque  
Pontificis (in Cathedrali  
additur: qui in hac Cathed-  
ráli Ecclésia requiéscit)  
mérita gloriósa: ut ejus  
pia intercessióne ab óm-

nibus protegámur advér-  
sis. Per Dóminum.

**E**t fit Commemoratio Ss.  
Tiburtii et Susannæ:

**A**nt. Vestri capilli cápi-  
tis omnes numeráti sunt:  
nólite timére: multis pas-  
séribus meliòres estis vos.

**V.** Exsultábunt Sancti  
in glória. **R.** Lætabúntur  
in cubilibus suis.

#### Oratio

Sanctórum Mártyrum  
tuórum Tibúrtii et Su-  
sánnæ nos, Dómine, fó-  
veant continuáta præsi-  
dia: quia non désinis pro-  
pitius intuéri; quos táli-  
bus auxiliis concésseris  
adjuvári. Per Dóminum.

#### IN II VESPERIS

**V.** Justum, ut supra.

**A**d Magnif. Ant. Amá-  
vit eum Dóminus, \* et or-  
návit eum: stolam gloriæ  
induit eum, et ad portas  
paradísi coronávit eum.

**E**t fit Commemoratio se-  
quentis:

**A**nt. Veni, Sponsa Chri-  
sti, áccipe corónam, quam  
tibi Dóminus præparávit  
in æténum.

**V.** Spécie tua et pulchri-  
tudine tua. **R.** Inténde,  
pròspere procéde, et reg-  
na.

**Oratio**

Exaudi nos, Deus, salutarius noster: ut, sicut de beatae Claræ Virginis tuæ festivitaté gaudemus; ita piæ devotionis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Die 13 Augusti

SS. XYSTI II

Papæ

FELICISSIMI

ET AGAPITI

Martyrum

Duplex

**V.** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

**Ad Magnif.** **Ant.** Istórum est enim \* regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**Oratio**

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártirum tuórum Xysti, Felicíssimi et Agapiti natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societátē gaudére. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio præcedentis:**

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, accipe corónam, quam

tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

**Oratio** Exaudi nos, ut supra.

Deinde Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.:

**Ant.** Vestri capilli et **V.** Exsultábunt, ut supra 40\*.

**Oratio**

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut beatorum Mártirum tuórum Hippolyti et Cassiáni veneranda sollémnitas, et devotióнем nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

**In II Nocturno****Lectio iv**

Xystus secundus, Atheniensis, ex philósofo Christi discípulus, in persecutiōne Valériani accusátus, quod publice Christum prædicaret, comprehénsus trahitur in templum Martis, propósita ei capitálī pœna, nisi illi simulácro sacrificáret.

**R.** Sancti tui, Dómine, mirabile consecuti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illæsi

in aquis validis: \* Terra appáruit árida, et in Mari Rubro via sine impedimento. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt. **Terra.**

**Lectio v**

**Q**ua impietate constans tissime recusata, cum ad martýrium duceréatur, occurrénti sancto Lauréntio, et dolénter in hunc modum interrogánti: Quo progréderis sine filio, pater? Quo, sacerdos sancte, sine ministro próperas? Respóndit: Non ego te désero, fili, majóra te manent pro Christi fide certámina: post tríduum me sequérис, sacerdótem levita: intérea, si quid in thesáuris habes, paupéribus distribue.

**R.** Vérbera carníficu non timuérunt Sancti Dei, moriéntes pro Christi nōmine: \* Ut herédes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. **Ut.**

**Lectio vi**

**E**ódem igitur die interféctus est una cum Felicíssimo et Agapito diáconis, Januário, Magno, Vincéntio et Stépha-

no subdiáconis, et in cœmetério Callísti sepultus octávo Idus Augústi: céteri vero in cœmetério Prætextati. Sed menses úndecim, dies duódecim. Quo témpore hábuit ordinationem mense decembri, créatis presbýteris quátuor, diáconis septem, episcopis duóbus.

**R.** Tamquam aurum in fornáce probávit éléctos Dóminus, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos; et in témpore erit respéctus illórum: \* Quóniam donum et pax est éléctis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intellegent veritátem: et fidéles in dilectione acquiéscēt illi. **Quóniam. Glória Patri. Quóniam.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Descéndens Jesus de monte, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco.

**Lectio IX Ss. Hippolyti et Cassiani Mm., ut in Breviario.**

**AD LAUDES**

**V.** Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubilibus suis.

**Ad Bened. Ant.** Vestri capilli cápitis \* omnes numeráti sunt: nolite timere: multis passéribus meliores estis vos.

## Oratio

**D**eus, qui nos concédis  
sanctórum Mártyrum  
tuórum Xysti, Felicíssimi  
et Agapítí natalitia cóle-  
re: da nobis in aëterna  
beatitúdine de órum so-  
cietáte gaudére. Per Dñm.

Et fit Commemoratio Ss.  
Hippolyti et Cassiani:

**Ant.** Istórum est enim  
regnum cælórum, qui con-  
tempserunt vitam mundi,  
et pervenérunt ad præ-  
mia regni, et lavérunt sto-  
las suas in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino  
et exsultáte, justi. **R.** Et  
gloriámini, omnes recti  
corde.

## Oratio

Da, quásimus, omnípo-  
tens Deus: ut beatórum  
Mártyrum tuórum Hip-  
pólyti et Cassiáni vene-  
ránda sollémitas, et de-  
votiónem nobis áugeat et  
salútem. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, Com-  
memoratio præcedentis:

**Ant.** Gaudent in cælis  
ánimæ Sanctórum, qui  
Christi vestígia sunt se-  
cuti: et quia pro ejus amó-  
re sanguinem suum fudé-  
runt, ideo cum Christo  
exsúltant sine fine.

**V.** Exsultábunt et Ora-  
tio Deus, qui nos, ut su-  
pra 42\*.

Die 14 Augusti  
IN INVENTIONE  
S. STEPHANI  
PROTOMARTYRIS

oīavom Duplex majus

Omnia ut in Breviario die 3  
Augusti præter ritum. In I  
Vesperis fit Commemoratio  
præcedentis, ut supra, et S.  
Eusebii Conf.

**IX Lectio de Homilia Vigiliæ**  
et fit ejus ac S. Eusebii  
Conf. Commemoratio in Lau-  
dibus.

Vesperæ de sequenti sine  
Commemoratione,

Concordat cum originalibus approbatis.

Passaviæ, die 1 Februarii 1954

**Dr. FRANCISCUS RIEMER**

**Vic. Gen.**

21, i	Deus natus	94	94	99
22, ii	Circumstant me	95	95	99
21, iii	Enarratio	95	95	100
22	Domini patrem	95	95	101
23	Domina est nostra	95	95	101
24, i	Ad te attolle	96	42	101

24, i	Ad te attolle	96	42	101
				87

## KALENDARIUM

### MAJUS

- 31 B. Mariæ Virg. Omnim Gratiarum Mediaticis, duplex majus. pag.  
Com. S. Angelæ Mericiæ Virg. et S. Petronillæ Virg. et Mart. 1\*

### JUNIUS

- 5 S. Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis 13\*  
16 S. Bennonis Ep. et Conf., duplex majus 13\*  
22 Ss. Achatii et Soc. Min., Commemoratio 16\*

### JULIUS

- 4 S. Udalrici Ep. et Conf., duplex. Com. Octavæ Ss. Petri et Pauli App. 17\*  
9 S. Willibaldi Ep. et Conf., duplex 20\*  
15 S. Henrici Imperatoris, Conf., duplex 24\*  
17 B. Irmengardis Virg., dupl. Com. S. Alexii Conf. 24\*  
27 Dedicatio Ecclesiae Cathedralis, dupl. I classis cum Oct. communi 28\*  
30 De IV die infra Octavam Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, semi-duplex. Com. Ss. Abdon et Sennen Mm. 33\*

### AUGUSTUS

- 3 Octava Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, duplex majus 33\*  
7 S. Afræ Mart., Commemoratio 33\*  
8 \* S. Altmanni Ep. et Conf., duplex majus. Com. Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm. 34\*  
11 Translatio S. Valentini Ep. et Conf., duplex majus. Com. Ss. Tiburtii et Susannæ Virg., Mart. 38\*  
13 Ss. Xysti II Papæ, Felicissimi et Agapiti Mm., duplex. Com. Ss. Hippolyti et Cassiani Mm. 41\*  
14 Inventio S. Stephani Protomartyris, duplex majus. Com. Vigiliae et S. Eusebii Conf. 43\*

¶ Juxta declarationem S. Rituum Congregationis diei 28 Aprilis 1914 tam in ipso Proprio quam in Kalendario Asterisco notantur Sancti vel Beati, qui neque in Martyrologio Romano descripti sunt neque publico cultu a Sancta Sede certe decreto vel confirmato potiuntur, sed ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorantur cum Officio et Missa.

Tradidérunt corpora sua AD LAUDES  
proper Deum ad SANCTI  
IMPRIMATUR. Consultabuntur Sancti  
cina. Ut. Letabuntur

Passaviæ, die 2 Februarii 1954

† SIMON CONRADUS O. S. B. fuit.

Episcopus Passav.

Eodem igitur anno 1954. Ant. Vestri fœtus est una cum capilli capitis omnes humeris et membris. nolite timere diaconis. Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet ibus meo. Vincentio et Stephanu. Ratisbonæ. Printed in Germany